



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

64 Damnatur etiam ꝑ memoria hæreticorum, quia eorum filij usque ad secundam lineam paternam, & ad primam maternam sunt ipso jure inhabiles, ad beneficia, & officia obtinenda: nisi sic damnati ante mortem Ecclesiæ fuerint incorporati, cap. statutum, de hæret. in 6. Pegna in dict. Direct. comment. 163, par. 3. vers. rursus sextus. Et filij per paternum crimen hæresis, paterna infamia afficiuntur. Pe-

gna eodem Direct. dict. comment. 163, vers. ob has rationes. An autem justam sit filios ob parentum delicta puniri, tradit Alphons. Castr. de just. hæret. puni. lib. 2, cap. 10.

Quibus autem bona hæreticorum applicentur, tradit Direct. Inquisit. par. 2. c. 10. Pegna in comment. 9. ead. par. 2. ubi habetur, quomodo eorum filijs sit etiam misericorditer providendum.

DE EXCOMMUNICATIONE.

Cap. VII.

S Y M M A R I V M.

- 1 Excommunicatione nulla major poena in Ecclesia Dei reperitur.
- 2 Excommunicatio pluribus nominibus nuncupatur.
- 3 Anathema, an differat, à majori excommunicatione, & quid significet.
- 4 Excommunicatio est duplex, major, & minor, & quomodo inter se differant.
- 5 Excommunicatio est etiam triplex, justa, nulla, & injusta.
Excommunicatio, quibus casibus sit nulla, ibidem.
- 6 Excommunicatio, ut sit justa, quatuor concurrere debent.
- 7 Excommunicationis sententiam injuste proferens multipliciter punitur.
- 8 Dispensare possunt Episcopi à pluribus irregularitatibus.
- 9 Excommunicatio minor à Deo, à se ipso, à sacerdote, & à canone infertur.
- 10 Excommunicatio in octo casibus à jure infertur.
- 11 Excommunicationis gladius est valde salutaris, & magna circumspeditione exercendus.
- 12 Excommunicatio in causis judicialibus, quomodo, & quando contra reos sit promulganda.
- 13 Magistratus seculares prohibere non possunt, ne quis excommunicetur, aut mandare, ut excommunicatio promulgata revocetur.
- 14 Exequutor deputatus cum potestate excommunicationem nunciandi, quid servare teneatur.
- 15 Executio contra duos in forma Camera Apostolica obligatos, si alter non est solvendo, quomodo fieri possit.
- 16 Excommunicatio contra sumentes tempore paschali sanctissimum Eucharistia

- sacramentum, quando promulgari possit.
- 17 Excommunicationes, quae monitionibus praemissis, ad finem revelationis auctoritate ordinaria promulgantur, ab inferioribus fulminari non possunt, excepto capitulo sedo Episcopali vacante.
- 18 Episcopus & Vicarius unum, & idem tribunal representant.
- 19 Excommunicationes ad finem revelationis ab his, qui nullius dioecesis existunt, à Sede Apostolica sunt impetranda.
- 20 Episcopi pro palationum vigore litterarum monitorialium sacrarum causas inferiorum iudicum cognoscere non possunt.
- 21 Monitoriales litterae, pro quibus concedi possint.
- 22 Excommunicari nominatim vigore pro palationum nemo potest, sed, forma concilij Trident. servata, procedi debet.
- 23 Monitorialium litterarum cursus in pluribus casibus potest impediri.
- 24 Monitoriales litterae, tam ante, quam post litem, concedi possunt.
- 25 Iuramentum litis decisivum habet vim rei iudicata.
- 26 Transactionis exceptio impedit cursum litterarum monitorialium.
- 27 Praescriptione legitima tutus, non tenetur vigore monitorialium denunciare.
- 28 Exceptio, tua non interest, contra litteras monitoriales est legitima.
- 29 Iudaeis, seu excommunicatis litterae monitoriales concedi non possunt.
- 30 Excommunicationes graviores in Bulla Coena Domini continentur.
- 31 Excommunicationis sententiam in Bulla Coena Domini contentam plura genera personarum incurrunt.
- 32 Credentes dicuntur, qui haereticorum erroribus, & haesibus credunt, & sunt excommunicati.
- 33 Schismatici sunt, qui in animarum suarum periculum se à Romani Pontificis obedientia pertinaciter subtrahunt.
- 34 Schisma ab haeresi distinguitur, quod haeresis opponitur fidei, schisma autem unitati Ecclesiae charitatis. Schismatici, qui dicantur.
- 35 Appellatio, est provocatio à minori ad iudicem maiorem, & non valeret consuetudo, quod à maiori ad minorem appellaretur.
- 36 Pirata, & latrunculi maritimi in Bulla Coena Domini excommunicantur.
- 37 Navigantes sunt quasi miserabiles personae, & propterea Ecclesia eos defendit.
- 38 Rapientes bona Christianorum naufragantium excommunicationis sententiam in Bulla Coena Domini contentam incurrunt.
- 39 Excommunicationis sententiam in Bulla Coena Domini contentam, qui imponentes nova pedagia, & gabellas incurrunt.
- Dux Sabaudia in suo dominio habet iura Imperij, ibidem.
- 40 Falsificantes litteras Apostolicas excommunicationis sententiam in Bulla Coena Domini incurrunt.
- 41 Falsariorum nomine qui comprehenduntur.
- 42 Arma, & alia usui bellico ad infideles deferentes excommunicationis sententiam incurrunt.
- 43 Victualia, & alia necessaria, ne ad Romanam

- manam curiam adducantur prohibentes, excommunicationis sententiam incurrunt.
- 44 Excommunicationis poenam incurrunt vexantes in curia Romana commorantes, accedentesve ad eam, seu ab ea recedentes.
- 45 Curiales dicuntur, qui ratione curiae Pontificae Romae commorantur.
- 46 Romipetas, seu peregrinos ad Urbem devotionis, vel peregrinationis causa accedentes vexantes, excommunicationis poenam incurrunt.
- 47 Privilegium datum ad eundem, intelligitur datum etiam ad moranum, & redeundam.
- 48 Excommunicationis aliasque graves poenas incurrunt offendentes S. R. E. Cardinales, & alios Praelatos, consiliumque, vel favorem praestantes, &c.
- 49 Excommunicationis poenam incurrunt percutientes personas ad Romanam curiam pro eorum negotijs recurrentes advocatosque, procuratores, & iudices.
- 50 Morantes in Romana curia causa litis, vel negotij, sunt sub protectione Sedis Apostolicae.
- 51 Appellantes à gravamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum, ad iudices seculares, & iudicis executionem impediendo excommunicationis sententiam incurrunt.
- 52 Excommunicationis sententiam incurrunt iudices seculares causas beneficiales & decimarum, aliasque spirituales, & spiritualibus annexas à iudicibus ecclesiasticis avocantes.
- 53 Excommunicationis poenam incurrunt iudices seculares, qui partes attrices compellunt ad revocari faciendum inhibitiones, & ad faciendum à censuris, & poenis absolvi.
- 54 Statuta laicorum, quibus ecclesiasticae personae compelluntur, sunt nulla.
- 55 Statuta, & consuetudines contra ecclesiasticam libertatem introductas servare facientes excommunicationis sententiam incurrunt.
- 56 Statuta contra ecclesiasticam libertatem sunt abolenda, & de volumine statutorum cancellanda.
- 57 Verbum in praemissa, in fine positum est relativum comprehendens omnia supra narrata.
- 58 Carcerantes iudices ecclesiasticos, aut alias sua auctoritate arrestandos excommunicationis sententiam incurrunt.
- 59 Excommunicationis poenam incurrunt, qui laicali potestate in odium clericorum eorum consanguineos ledunt.
- 60 Metus illatus consanguineis clericis, habetur pro illato ipso clerico, & violentas manus in consanguineum odio clericis injiciens sententiam excommunicationis incurrunt.
- 61 Taciti, & expressi eadem est virtus.
- 62 Consilium, & assensum praestantes in praedictum libertatis ecclesiasticae, quando & qui excommunicationis sententiam incurrant.
- 63 Conj. duri non est opus, quando sumus inclaris.
- 64 Excommunicati, donec publice declarentur, regulariter non sunt vitandi.
- 65 Laici non possunt causas ad forum ecclesiasticum spectantes quovis praetextu ad eorum tribunal trahere.
- 66 Potestas Ecclesiastica, & secularis duae potestates supremae sunt ad invi-

- cem quodam modo independentes.
- 67 Iudex ecclesiasticus est major, & potest secularis negligentiam supplere, & illum corrigere.
- 68 Spirituales causa plures sunt.
- 69 Iudex ecclesiasticus potest cognoscere in pluribus casibus de criminibus laicorum.
- 70 Spiritualibus annexa causa, quasint.
- 71 Connexorum idem est iudicium.
- 72 Excommunicatio, an sit legitime promulgata, ad iudicem ecclesiasticum cognitio spectat.
- 73 Iudices seculares qui personas ecclesiasticas ad sua tribunalia trahunt, libertatem ecclesiasticam tollunt, aut deprimunt, in excommunicationis sententiam incidunt.
- 74 Excommunicationis sententiam incurrunť facientes, ordinantes, & publicantes statuta, & alia directè vel indirectè contra libertatem ecclesiasticam.
- 75 Iudices laici cognoscere possunt causas feudales, de quibus clerici à domino temporali fuerunt investiti.
- 76 Fidelitatis iuramentum Papa prestare tenentur vralati, & alij pro feudis, quae sunt de mensa ecclesiarum.
- 77 Clericus an coram iudice laico possit reconveniri.
- 78 Clericus, qui amisit privilegium clericale, coram iudice seculari conveniri & puniri potest.
- 79 Clericus degradatus de foro seculari efficitur.
- 80 Clericus succedens laico reo defuncto, cum quo lis erat cœpta, an coram iudice laico causam defendere teneatur.
- 81 Libertas ecclesiastica, quae dicatur.
- 82 Clerici privilegium fori habent à Deo.
- 83 Statutum, ut sit contra libertatem Ecclesia, quae requirantur.
- 84 Decreta, ordinationes, seu constitutiones contra libertatem ecclesiasticam edentes excommunicationis poenam incurrunť.
- 85 Excommunicationis sententiam incurrunť impediētes iudices ecclesiasticos ordinarios, ne eorum iurisdictione utantur, & auctoritate iudicum secularium sententias eorum eludunt.
- 86 Excommunicationis sententiam incurrunť dantes in prædictis auxilium, consilium, patrocinium, vel favorem.
- 87 Absolutionem à sententia excommunicationis vi, aut metu extorquens, novam excommunicationem incurrit, & absolutio est nulla.
- 88 Clericus quando coram iudice seculari possit reconveniri.
- 89 Clerici habent privilegium fori de iure divino, canonico, & Caesareo.
- 90 Statuta omnia contra ecclesiasticam libertatem facta, sunt cassa, & irrita.
- 91 Recursus in causis ecclesiasticis ad laicos est prohibitus.
- 92 Iudex ecclesiasticus est potestate maior seculari.
- 93 Iudex ecclesiasticus iudicis secularis negligentiam supplere potest & non contrà.
- 94 Iudex laicus adiri non potest ad impedienda mandata iudicis ecclesiastici.
- 95 Iudex laicus est incapax iurisdictionis in personas ecclesiasticas, & eorum causas, non obstante immemorabili consuetudine.
- 96 Excommunicatus est incapax beneficiorum.
- 97 Recursus ad iudices seculares praebet causam, ut immunitas ecclesiastica violetur

- 98 Consuetudo e contra immunitatem ecclesiasticam est improbata, & sacris canonibus inimica & non attendenda.
- 99 Inhibitiones à iudicibus secularibus contra iudices ecclesiasticos obtineri non possunt.
- 100 Iudices seculares, nec habitu habent jurisdictionem in clericos, cum illius sine penitus incapaces.
- 101 Interpretatio qualibet sit in odium eorum, qui contra personas ecclesiasticas recurrunt ad iudices seculares.
- 102 Impediens auxilio potestatis secularis, quod minus quis citetur, habetur pro citato.
- 103 Excommunicationis sententiam incurrunr, usurpantes jurisdictiones, fructus, redditus & proventus ad varam, Sedem apostolicam, & quascunque ecclesiasticas personas ratione beneficiorum ecclesiasticorum spectantes.
- 104 Fures, & latrones pro furto ablati non incidunt in sententiam excommunicationis in Bulla Cœna Domini.
- 105 Declaratoria sententia ferri non debet, nisi prævia monitione, vel citatione.
- 106 Monitio canonica, quomodo fieri debeat, ut ad sententiam declaratoriam procedi possit.
- 107 Monitio generalis, quando pro canonica sufficiat.
- 108 Actore non probante, reus absolvitur.
- 109 Confessione partis nulla major probatio haberi potest.
- 110 Declaratoria excommunicationis, pro excessu notorio sine solemnitatibus iuribus, etiam sine citatione ferri potest.
- 111 Spoliatus est usurpator, & antequam de dominio cognoscatur, restituere tenetur.
- 112 Spolium committens in bonis ecclesiasticis in Bullam Cœna Domini, uti usurpator, incidit.
- 113 Libertas ecclesiastica ladicur in impositione onerum directè, vel indirectè personis, aut bonis ecclesiasticis.
- 114 Excommunicationis sententiam incurrunr auxilium, vel favorem onerum personis, & bonis ecclesiasticis impositioni præstantes.
- 115 Bulla Cœna Domini radix, & fundamentum, quod sit.
- 116 Immunitas ecclesiastica est iuri naturali, & divino conformis.
- 117 Clerici operas, & labores rei ecclesiastica impendunt, quapropter à solutione tributorum fuerunt exempti.
- 118 Excommunicationis pœnam incurrunr, qui per se, vel alios directè, vel indirectè à clericis onera exigere præsumunt.
- 119 Excommunicationis pœnam incurrunr onerantes colonos ecclesiasticorum bonorum pro laborerio, seu trafico eorundem bonorum, quia indirectè gravand ecclesiasticos.
- 120 Exemptio competens bonis ecclesiasticis est realis.
- 121 Coloni bonorum ecclesiasticorum habent tantum detentionem.
- 122 Coloni bonorum ecclesiasticorum pro bonis qua proprio nomine possident, onera persolvere tenentur.
- 123 Onera qua respiciunt utilitatem publicam, tam clericorum, quam laicorum, an à clericis persolvi debeant. Necessitas urgens, qua dicatur.
- 124 Limitata causa limitatum producit effectum.
- 125 sectum.
- 126 Clerici, quando ad reparationem fluminum, pontium, & viarum publicarum

- publicarum concurrere teneantur.
- 127 Clerus ad onera concurrere non tenetur, nisi Principis, & subditorum bursa sit exhausta.
- 128 Consensus Episcopi, capituli, & cleri requiritur ad imponendum onera super personis, & bonis ecclesiasticis.
- 129 Clerici à laicis ad solvendum onera cogi non possunt.
- 130 Clericos cogentes ad onerum solutionem excommunicationis poenam incurruunt.
- 131 Iudex secularis defectum iudicis ecclesiastici supplere non potest.
- 132 Excommunicationis poenam Bulla Coena Domini incurruunt auxilium, consilium, vel favorem praestantes, ut clerici oneribus graventur.
- 133 Excommunicationis poenam Bulla Coena Domini incurruunt magistratus, iudices, notarii, & scribae se interponentes in causis capitalibus contra personas ecclesiasticas.
- 134 Ostracismus est genus relegationis.
- 135 Discolatus ab Ostracismo nomen accepit.
- 136 Consuetudo antiqua legitime praescripta potest addere, diminueri, & distinguere privilegium.
- 137 Bulla Coena Domini est fundata super jure divino, canonico, & Caesareo.
- 138 Immunitas ecclesiastica, an sit de jure divino vel canonico.
- 139 Stylus Romanae curiae facit jus & pro jure habetur.
- 140 Immunitas ecclesiastica communi opinione est de jure divino.
- 141 Papae interpretatio in concernentibus jus divinum est attendenda.
Laici nullam habent auctoritatem
- sacram Scripturam interpretandi.
- 142 Clerici antequam esset Petrus, non erant subjecti potestati laicali.
- 143 Iuramentum ut sit licitum, tres comites habere debet.
- 144 Injustum est, ut laicus clericum judicet.
- 145 Laicis multae actiones sunt prohibita, ne contra clericos illas possint exercere.
- 146 Quomodolibet, dictio est universalis, comprehendens omnes modos excogitabiles.
- 147 Processus sine scriptis fieri potest, & tamen dicitur processus.
- 148 Excommunicationis sententia in atrocioribus incurritur, etiam effectu non sequato.
- 149 Laici vigore consuetudinis nullam possunt habere in clericos auctoritatem.
- 150 Praescriptione immemorabili laici contra clericos non possunt acquirere jurisdictionem.
- 151 Bulla Coena Domini, quae annis singulis solemniter publicatur, interruptis, & impedit praescriptionem.
- 152 Clerici in duobus casibus pro criminibus per executores laicos capi, & carcerari possunt.
- 153 Bona, & jurisdictionem Ecclesiae Romanae occupantes, in Bullam Coena Domini incidunt.
- 154 Bulla Coena Domini, an ubique sit usu recepta.
- 155 Bulla Coena Domini publicatio facta Romae sufficit, & ligat ubique, & 157.
- 156 Committentes, consulentes, & exequentes mandata contra personas ecclesiasticas, aut fructus illorum beneficiorum, in Bullam Coena Domini incidunt.

- 158 Papa scientia, & tolerantia, an inducat dispensationem.
- 159 Excommunicationes à iure, vel ab homine latae inter se differunt.
- 160 Excommunicationes Bullae Cæne Domini sunt à iure latae.
- 161 Excommunicationes à iure latae incurrentes in notarijs, nulla monitione premissa, illas incurrisse declarari possunt.
- 162 Excommunicationes in Bulla Cæne Domini contentae, sunt Papa reservatae.
- 163 Absolutio à censuris contentis in Bulla Cæne Domini in mortis articulo, quomodo concedenda.
- 164 Absolvendi à casibus in Bulla Cæne Domini Papa pluribus modis tribuit facultatem.
- 165 Excommunicatus in Bulla Cæne Domini, & processatus, nisi iudici, & parti satisfaciatur, absolvi non potest.
- 166 Absolutio non praesumitur, nisi probetur.
- 167 Creditur poenitenti in foro conscientiae, sed in foro contentioso secundum acta, & probata est iudicandum.
- 168 Excommunicationis sententiam incurrit absolventes ab excommunicatione in Bulla Cæne Domini sine facultate.
- 169 Excommunicatio incurse propter absolutionem cenceffam sine facultate absolventi ab excommunicatione, hodie est Papa reservata.
- 170 Absolvens à casibus Papa & ordinarijs locorum reservatis excommunicationis sententiam, & alias poenas incurrit, absolutione, & habilitatione Papa reservata.
- 171 Casus reservati qui, & d. creti moderatio.
- 172 Clausula, motu proprio, quid operetur.
- 173 Clausula, quorum tenores effectus.
- 174 Absolutiones à casibus reservatis sine auctoritate sunt nulla.
- 175 Absolutus à casibus reservatis, qui habent annexam excommunicationem, in mortis articulo, si incolumis evadat, superiorem adire tenetur alias &c.
- 176 Confessarij, quomodo eorum conscientia consulere debeant.
- 177 Episcopi contra personas excommunicatas, & interdictas quomodo procedere debeant.
- 178 Attestatio Navarrae de impetratis absolutionibus à censuris restitutione promissa parata, vel facta.
- 179 Forum secularis à foro poenitentiali quomodo differat.

OMNES hæreses, de quibus proxime diximus, excommunicationem annexam habent, & quia inter alias † poenas nulla est major in Ecclesia Dei, quam excommunicatio, scilicet in spiritualibus, ut c. corripuntur, 24. c. 9. & Abb. in c. cum dilectus, num. 6. de his, quæ vi meæ, n. cau. fin. de ea mihi verba facturo, tradendum primo loco videtur de nomi-

nibus, quibus regulariter appellatur. Quandoque enim dicitur censura ecclesiastica, ut in c. irrefragabili, de offic. ord. c. quarent, de verb. signif. extravag. Ioan. 27. cap. Sanctæ Romanæ. in fi. de Relig. Dom. & in clem. 3. de setent. excommunicat.

² Præter † nomen censurae, & excommunicationis, vocatur etiam anathema, de qua per conc. Trid. pluribus in locis, præ-